

post ingressum dicte civitatis<sup>1</sup> moram aliquantulam ibidem traheremus, ecce . . . . . sacri unctione crismatis delibuti<sup>2</sup>, regni Romani sceptrum cum omni reverencia suscepimus' . . .) formidanda<sup>3</sup>. Valet! Datum apud Aquisgranum octavo decimo die Maii anno regni nostri primo<sup>4</sup>.

## II.

Richard meldet dem Bischof Heinrich von Lincoln, dass ihm Westdeutschland und Oberburgund ausser zwei Städten gehorchen. Neuss 1257, Oct. 22.

Ricardus, Dei gracia rex Romanorum semper augustus, venerabili patri in Christo H., eadem gracia Lincolniensi episcopo, amico suo predilecto, salutem et sincere dilectionis semper affectum. Quia ex innata vobis bonitate et ex sincera dilectione, quam semper ad nos habuistis, scimus vos de nostrorum eventuum<sup>5</sup> felicitate, cum ad vestram noticiam pervenerint, non modicum congaudere, vobis presentibus nunciamus, nos omnes civitates, omnia oppida et castra Imperio immediate subiecta et Reno vicina usque ad montes habere et in presenti pacifice possidere, exceptis duabus dumtaxat civitatibus<sup>6</sup>, que nondum dictioni nostre sunt subnixę; de earum tamen altera credimus in brevi nostram consequi voluntatem. De predictis civitatibus, oppidis et castris, usque ad<sup>7</sup> Alpes personaliter accedentes et nostrum regnum perlustrantes, sicut de propriis possessionibus ordinavimus et ab eis debite fidelitatis iuramentum accepimus, nobilibus<sup>8</sup>, potentioribus et universis fere eiusdem regni magistratibus nobis tanquam regi et domino suo adherentes<sup>9</sup>, Halsacie<sup>10</sup>, Swavie, Franconie, Saxonie, Superioris Burgundie ad nostram dominationem convertentibus. Huiusmodi vero successuum<sup>11</sup> nostrorum felicitatem non nobis, set Regi regum, qui nos fovet et gubernat, ascribimus, qui devotis vestrorum aliorumque prelatorum Anglie orationum suffragiis nostras possessiones ad nostri nominis et tocius nationis Anglicane exaltationem tam potenter ampliare concedit; super quo vobis et ipsis actiones gratiarum condignas<sup>12</sup>

1) Aachens. 2) Aehnliche Worte standen auch in dem Exemplar, welches zu Saint Albans zweimal benutzt wurde: 1) im Liber additamentorum, dem Supplement zu des Matheus Parisiensis Cronica maiora; hier hat der Abschreiber die betreffenden Worte ausgelassen und sie fehlen daher allen Drucken; 2) in den unter Matheus selbst begonnenen, bis 1264 in Saint Albans fortgeführten Flores historiarum, die später einem Matheus von Westminster beigelegt wurden, zieht der Erzähler aus unserem Briefe u. A. folgende Worte aus: 'sancti unctionis crismate [so] . . . delibutus'; ed. MG. SS. XXVIII, p. 476. 3) 'formidenda' c. 4) Es fehlt also die spätere, in Saint Albans erhaltene Nachschrift. 5) 'eventium' c. 6) Worms und Speyer. 7) 'a' c. 8) 'nool'ib' c. 9) 'adherentibus, terras' scheint zu emendieren. 10) Elsass. 11) 'successum' c. 12) 'contingas' c.